**EL PARTICIPIO LATINO. TEXTOS COMPLEMENTARIOS DE REFUERZO**

1.- Quibus rebus cognitis, confisus municipiorum voluntatibus Caesar cohortes legionis XIII ex praesidiis deducit. *César, Guerra civil I,XII,3*

2.- Auximo Caesar progressus omnem agrum Picenum percurrit. *César, Guerra civil I, XV,1*

3.-Quibus litteris nuntiisque Romam perlatis,magni domum concursus ad Afranium magnaeque gratulationes fiebant. *César, Guerra civil I,LIII,2*

4.- Caesar, exploratis regionibus, albente caelo omnes copias castris educit magnoque circuito nullo certo itinere exercitum ducit. *César, Guerra civil , I,LXVIII,1*

5.-Quibus rebús nuntiatis Afranio, ab instituto opere discedit seque in castra recipit. *César, Guerra civil I,LXXV,1*

6.- Postero die munitiones institutas Caesar parat perficere. *César, Guerra civil I, LXXXIII,4*

7.- Caesar contione habita Cordubae omnibus generatim gratias agit *.César, Guerra civil, II, XXI,1*

8.- Qua opinione adductus Varus postero die mane legiones ex castris educit. Facit idem Curio,atque una valle non magna interiecta suas uterque copias instruit. *César, Guerra civil II,XXVII,3*

9.- César pasa el río con el grueso de sus tropas

Pauci ex his militibus vi fluminis abrepti ab equitatu excipintur ac sublevantur. *César, Guerra civil ,I,LXIV,6*

10.- Los habitantes de Brindis eran partidarios de César

Brundisini, Pompeianorum militum iniuriis atque ipsius Pompeii contumeliis permoti, Caesaris rebús favebant. Itaque, cognita Pompeii profectione, concursantibus illis atque in ea re occupatis, vulgo ex tectis significabant. *César, Guerra civil, I ,XXVIII,1-2*

11.- Arresto de los Alóbroges en el puente Milvio. (puente sobre el Tíber aguas arriba)

His rebus ita actis, constituta nocte qua proficiscerentur, Cicero, per legatos cuncta edoctus, L. Valerio Flacco et C. Pomptino praetoribus imperat ut in ponte Mulvio per insidias Allobrogum comitatus deprehendant . Salustio , *Conjuración de Catilina , XLV*